II

DOCUMENTOS RIBAGORZANOS DE TIEMPOS DE LUDOVICO PIO Y CARLOS EL CALVO

XXVII

29 de abril de 850.

Olbe.

In nomine Domini, ego Mirauella vobis emtores meos Centullo abati uel monabis (*sic*) tuis uel qui ibidem uenturi sunt... uindo terra... (1) de alode parentum meorum, et est ipsa terra infra... (2). Orritensem, in loco cuius uocabulum est Olbe, et infrontat... terra de ipsos iam dictos monacos, et de alio latus in rigum qui discurit de castro Miralgas, et de tercio latus in strata qui discurrit ad Orrite; uindo uobis ipsa terra cultum et incultum in aderato uel definito precio quod inter nos bone pacis... conuenit... Facta carta uindiccio (*sic*) sub die IIII[a] Kal. Madias anno XI° regnante Karulo regem. Signum ✠ Mirauella qui hanc cartam uindicionis feci et testibus tradidi ad roborandum. Signum ✠ Aldereti. Geila ✠ Eles. ✠ Nicolaus presbiter. qui anc cartam uindicionis rogitus scripsit et una cum ipsas litteras superpositas numero XX sub in die et anno que supra (3).

XXVIII

19 de marzo de 851.

Olbe.

In nomine Domini ego Fredemirus uobis emtores meos Centullum abbati uel monacis tuis uel qui ibidem uenturi sunt. uel ad domum Sancte Marie constat me uindere uobis sicuti et uindo terras meas que abeo de alodem parentum meorum; uindo uobis ipsas terras cultum et incultum, et sunt ipsas terras infra territorio Orritense in locum cuius uocabulum est Olbe, et ipsa terra infrontat de uno latus in terra de ipsos monacos, et de alio

(1) Borrado el ms.
(2) Borrado el ms.
(3) *Cartulario de Alaón,* fols. 111 v.° y 112 r.

latus in strata qui discurit ad Urite, et de terciam partem infrontat in terra de ipsos iam dictos monacos, et ipsas alias terras de uno latus infrontat in rigo qui discurrit de Supetra, et de alio latus in terras de ipsos monacos; tercio latus uadit ad illa sponda que est de super in strata qui discurrit ad castro Miralgas; uindo uobis ipsas terras iam dictas cultum et incultum in precio quod inter nos bone pacis placuit atque conuenit in solidatas IIIes in rem ualente..., et in antea ista carta uindicionis sub die XIII Kalendas Apriles anno XII regnante Carulo rege. Signum ✠ Fredemiri qui anc cartam uindicionis feci et testibus tradidi ad roborandum. Signum ✠ Sinfredi. Signum ✠ Dadilani. Signum Fulienti. Signum Situlani. Eles ✠ Signum Aregi. ✠ Micolaus (*sic*) presbiter qui hanc cartam uindicionis scripsit et ✠ sub die et anno quo supra (1).

XXIX

27 de mayo de 851.

Olbe.

In nomine Domini, ego Uiateirus et Cheno qui sumus uenditores in onore Sancte Marie, tibi entori nostro Centullo abbati uel omnes fratres nostros qui ibidem sunt uel aduenientes, uindimus uobis terras nostras quam abuimus de alode parentum nostrorum, et sunt ipsas terras in suburbio Orritense, in locum cuius uocabulum est Olobe; de una parte infrontat in terra Richipadi, et de alia parte infrontat in terra Kalderedi, et de tercia parte in strata qui discurrit ad Alaone; quem uero uindimus uobis ipsas terras quod inter nos bone pacis placuit atque conuenit in argenteos IIII^or in rem ualentem... Facta carta uenditionis die V.° Kalendas Iunias anno XII regnante Karulo rege. S. Uiateiri aut Cheno qui hanc cartam uenditionis fecimus et testibus tradimus ad roborandum. S. Prandi. S. Reparati. Micholaus presbiter scripsi sub die et anno que supra (2).

(1) *Cartulario de Alaón*, fol. 113 r. y v.
(2) *Cartulario de Alaón*, fol. 90 r. y v.

XXX

29 de agosto de 851.

Avileto.

In Dei nomine, ego Miranda uobis entores meos Centullo abbate uel monacis tuis qui seruiunt in onore Sancte Marie uel qui ibidem sunt, uel aduenientes, constat me uindere uobis sicuti et uindo uineas meas quem abui de aprisione uel robtura de patre meo in terra regis, et sunt ipsas uineas in suburbio de castro Avoletc, in locum cuius uocabulum est ad faixas, et infrontat ipsa una uinea de uno latus in uinea de germana mea Ulina, et de alio latus in strata qui discurrit de ipso castro, et de tercio latus in uinea de Dacolina, et ipsa alia uinea infrontat de uno latus in uinea Petreise et de alio latus in uinea Todeberti, et de tercio latus in uinea Manzoni; uindo uobis entores meos iam dictos in aderato uel definito precio quod inter nos bone pacis conuenit in solidatas XXX et VIII in equas colore feranda cum suo puldro et alia equa saixa cum suo puldro, et alia equa colore laura et bove uno; uindo uobis entores meos iam dictas ipsas uineas cum pomiferis et ipso torculario ex medietate quem uero uos entores michi dedistis et ego uinditor de presente manibus meis recepi... Facta carta uendicionis sub die et anno que III Kalendas Septembris anno XII° regnante Karulo rege. Sig Miranda qui hanc carta uendicionis feci et testibus tradidi ad roborandum. Sig. Arisoli Sig. Abidoni. Sig. Daniel. Sig. Redenti. Sig. Atoni. Micolacus (*sic*) presbiter rogitus scripsit suo die et anno que supra (1).

XXXI

Septiembre de 851.

De Lastarri.

In Dei nomine, ego Centullus aba uel monachis qui seruiunt in domum Sancte Marie, tibi entori nostro Madexoni. Constat nos uindere tibi sicuti et uindimus uineas nostras qui adueniunt nobis ad psalmos recitandos, et sunt ipsas vineas in suburbi Lastarre in locum chuius uocabulum est ad solanum, et infrontat de

(1) *Cartulario de Alaón,* fol. 87 r. a 88 r.

una latus in uinea de Olipani; de alia latus in strata. Et alia vinea de uno latus in uinea Cardelli; de alia latus in uinea Uenerella. Vindimus tibi iam dicto Madaxone in aderato uel definito precio in canios uineam in ualle Veira quo tu entor nobis dedistis et nos uenditores de presente recepimus... Facta carta uendicionis in mense Septembris anno XII° regnante Carlo rege. S. Centulli abbati qui hanc cartam uenditionis feci et testibus tradidi ad roborandum. S. Rodeildus. S. Elesindi. S. Eleti. Micholaus presbiter rogitus scripsi die et anno que supra (1).

XXXII

31 de julio de 853.

Miralias.

In Xpi nomine, ego Martinus tibi Centullo abbati uel cuncta congregatione Sancte Marie et Sancti Petri, certum quidem et manifestum est enim quam placuit in animis meis et placet nullius quoquegentis imperio nec suadentis ingenio, sed propria et spontanea mihi accessit uoluntas ut propter anima mea facio donacione in onore Sancte Marie et Sancti Petri de terras meas uel de uineas meas, casales, ortos pomiferis, cultum uel incultum quod ego edificaui manibus meis in suburbio castro Miralias, in montibus uel in uallibus quod ego edificaui et traxi de scalido et quod edificare potuero deincebs, uel de omne res mea quicquid uisus sum abere uel possidere uel augmentare potuero fatio tibi Centullo abbati uel cuncta congregacio tua, uel qui aduenientes sunt donatione ad domum Sancte Marie et Sancti Petri fatio de ipsa omne res mea et medietate donacione ad domum Sancte Marie, ut post obitum vero meum adeatis. teneatis et possideatis et quicquid exinde facere uolueritis, in Dei nomine abeatis potestatem... Facta carta donationis pridie Kalendas Agustas anno XIIII° regnante Carulo rege. S. Martini qui hanc carta donationis feci et testibus tradidi ad roborandum. S. Atoni. S. Bradilani, S. Atelga. Nicholaus presbiter hoc scripsi sub die et anno que supra (2).

---

(1) *Cartulario de Alaón,* fol. 120 v.
(2) *Cartulario de Alaón,* fol. 91 r.

XXXIII

18 de febrero de 855.

Avileto.

In nomine Domini, ego Teudegonza, uobis entores nostros Centullo uel manacis (*sic*) tuis qui seruiunt in honore Sancte Marie ibi uel adueniendi sunt, certum quidem hac manifestum est enim quia sic placuit in animis meis et placet, nulius quoquegentis imperio, nec suadentis ingenio, set propria et espontanea mihi accessit bona uoluntas ut uobis iam dictos entores meos uindere deberem uineam mea porcione mihi debita que abeo de patre meo. et est ipsa uinea infra territorio sub castro Auileto: in parte Orientis in una parte infrontat in uinea Todias, et de alia parte in rigum qui des[cen]dit de ipsa fonte qui est de ipso castro et imitit in Nocaria, et de tercia parte in strata qui dicurrit uia ad ipso uado Auellana; uindo uobis ipsa uinea idem terciam partem porcionem mihi debita, cum suo troliare porcione mea, in aderato uel definito precio quod inter nos bone pacis placuit atque euenit, in solidatas II in rem ualentem quos vos entores mihi dedistis et ego uinditor de presente manibus meis recepi... Facta carta uindicionis sub die XV Kalendas Marcias anno XVI regnante Karulo rege. Signum ✠ Teudegonza qui anc cartam uindicionis feci et testibus tradidit ad roborandum. Signum Ferrioli. Signum Gaca. Signum Dauiato. ✠ Nicolaus presbiter qui hunc cartam uindicionis scripsit et ✠ sub die et anno quo supra (1).

XXXIV

27 de marzo de 855.

Arcus.

In nomine Domini, ego Isidera, tibi emtore meo Centullo abbati uel monacis tuis qui seruiunt in Sancte Marie, uel aduenientes, constat me uindere uobis sicuti et uindo uinea mea quem abeo de rubtura infra territorio de Alaone in locum cuius uocabulum est Arcu, et infrontat de uno latus in uinea de ipsos monacos qui fuit condam Recosindi presbiteri, et de alio latus in uinea de

(1) *Cartulario de Alaón,* fol. 17 v. y 18 r.

ipsos monacos qui fuit condam nomine Todolfus, et de terciam partem in uinea Ualdemiri; uindo uobis in ipsa uinea porcionem mihi deuita ad omni integritate in aderato et definito precio quod inter nos bone pacis placuit adque conuenit, uaca cum suo uitulo colore nigra qos (*sic*) uos emtores mihi dedistis et ego uinditor de presente recepi... Facta carta uindicionis sub die V Kalendas Apriles anno XVI regnante Karulo rege. Sig ✠ num Isidera qui hunc carta uindicionis feci et testes firmauit (*sic*) ut suas signa (*sic*) facerent. Sig ✠ num Daconi. Sig ✠ num Anastasi. Sig ✠ num Bradilani. Sig ✠ num Datoni. Sig ✠ num Eniani. Micolaus (*sic*) presbiter qui hunc cartam uindicionis rogitus scripsit et ✠ sub die et anno quo supra (1).

XXXV

Enero de 856.

S. Martino de Sarrato.

In nomine Domini, ego Dauidius tibi emptori meo Daco placuit in animis et placet ut tibi uinderem terram meam que abec de parentum meum, et est ipsa terra prope Sancto Martino ad ipso sarrato, et infrontat ipsa terra de Oriente in terra de me emptore; de Occidente in de te emptore; de subtus in uia puluica; de super in terra de meos emptores. Uindo uobis in ipsa terra ipsa tercia parte ab omni integrietate, in aderato et definito precio, id est uno solido que tu emptor mihi dedisti et ego recepi... Facta carta in mense Ianuario, anno XVII regnante Karulo rege. Signum Dauidi qui hanc carta rogauit scribere et testes rogauit firmare. Signum Guisadoni Signum Undisculi. Kardellus presbiter rogitus scripsit. ✠ sub die et anno que supra (2).

XXXVI

Abril de 856.

De Taschone.

In Dei nomine, ego Egipa et uxor mea Momenan tibi entori meo Daconi presbiter placuit in animis meis et placet ut tibi

(1) *Cartulario de Alaón,* fol. 113 v. y 114 r.
(2) *Cartulario de Alaón,* fol. 28 r.

uinderem sicuti et uindo tibi terra mea que abeo de mea comparacione, et est ipsa terra in loco que dicitur ad ipsa Tachonera, et infrontat ipsa terra de super in terra de filiis Quadarch; de Occidente in iscalidum; uindo tibi ipsa terra ab omni integritate in precio idest uno solido que tu michi dedisti et ego de presente recepi... Facta carta in mense aprili anno XVII regnante Karulo rege. Sig ✠ num Egipani qui hanc carta scribere et testes rogauit ut sua signa facere. Sig ✠ num Endisculi. Sig ✠ num Godemaris. Pardellus presbiter rogitus scripsit die et anno que supra (1).

XXXVII

Junio de 859.

Curbinus.

In nomine Domini, ego Scluua uobis entores meos de monasterio Alahoni Oilmundum abbati, Bradila mercatarius, Dadila presbiter, Abila monacus, Sangoli monacus et aliorum monacorum qui sunt in monasterio Alahoni in domum Sancte Marie uel Sancti Petri apostoli. Certum quidem nec suadentis ingenio, set propria mihi hoc elegit mea uoluntas ut uobis supra nominatos genitores nostros uindere debent mihi terra quod aduenit de genitores meos in apendicio de castro Miralias in loco ubi dicitur Curbinus: de Oriente infrontat in terra de uos ipsos monachos; de Occidente in terra Olipanis. Vindo uobis ipsa terra ab omni integritate quod inter uos et me bone pacis euenit in aderato et definito precio I solido quod uos entores dedistis et ego uenditor de presente recepi... Facta carta uendicionis in mense Iunio anno XX° regnante Carlo rege. S. Clubanis qui hanc carta rogaui scribere et testes firmare. S. Fredesendus. S. Ossilonis. S. Luderici. Redemptus presbiter hoc scripsit sub die et anno que supra (2).

---

(1) *Cartulario de Alaón,* fol. 2 r. y v.
(2) *Cartulario de Alaón,* fol. 53 v.

XXXVIII

Octubre de 859.

Furno uetre.

In Dei nomine, ego Uenenatus uobis entores meos Frugello abbate et fratribus qui sunt in monasterio Alahone seruientes Deo et Sancta Maria et Sancto Petro apostolo, idest Micholaum prepositum, Tuderico mercatario, Ebodia, Porcanus, et aliorum qui ibidem sunt aut adueniendi sunt. Certum quidem et manifestum est nullus quoquegentis imperio nec suadentis ingenio, sed propria mihi hoc elegit uoluntas ut uobis supra nominatos entores meos uindere ipsa mea terra sicut et uindo in loco qui dicitur ad furnu ventre (*sic*) quod mihi aduenit per ruptura parentum meorum, et est ipsa terra circundata de uos entores et infrontat usque in serra; vindo uobis ab omni integritate quod inter nos bone pacis conuenit in aderato et definito VIIII argenteos quod uos entores mihi dedistis et ego de presente recepi... Facta carta uenditionis in mense Octubris anno XX° regnante Karulo rege. S. Uenenati qui hanc carta uenditionis rogaui scribere et testes firmare ut sua signa facerent. S. Micholai. S. Astari. S. Endiscli. S. Sungeri. Blandericus presbiter rogitus scripsit die et anno que supra (1).

XXXIX

21 de mayo de 863.

Avileto.

In Dei nomine, ego Daco et uxor mea nomine Expaneleoua et ego Gudila presbiter, uobis Frugello abbati, Daniel prepositus, Micholaus (*sic*) mercatarius, Porcanus, Deodatus et aliorum monachorum qui ibidem sunt aut adueniendi sunt in monasterio Alahone seruientes Deo et Sancta Maria et Sancto Petro. Certum quidem et manifestum est enim nullus quoquegentis imperio nec suadentis ingenio, sed propria nobis hoc elegit uoluntas ut uobis supra nominatos Frugello abbati uel socii eius mittere nos debeamus in monasterio Alahone ad seruiendo Deo eum ali-

(1) *Cartulario de Alaón,* fol. 115 r. y v.

quid de nostra hereditate, sicut et mittimus in apenditio de castro Auileto una uinea in loco qui dicitur super ponte, et una terra in loco que dicitur Adigelle quod uobis adueniunt ipsa uinea et ipsa terra ex comparatione, et est ipsa uinea cum suo torcular, et est prope uinea de uos ipsos monachos: de Occidente sunt uineas Salamoni et de monacis de Uuarra. Et est ipsa terra Lonesendes, et de alia terra parte Dachoni; ipsa terra est extimatione sementis X quartas, cultum et incultum, exio et regressum, et uno cauallo de colore tilgo. et unum bone et XXi III oves et una troga et nostra ferramenta ad laborandum, et hec omnia superius nominatum mittimus in obediencia monachorum cum nos metipsos ut ab odierno die et tempore hec omnia supra dictum habeatis, teneatis et possideatis... Facta carta ista obediencia XI° Kal. Iunias anno XX° IIII° regnante Karlo rege. S. Daconi. S. Expaneleova. S. Gudilani presbiteri qui hanc carta rogauimus ut sua signa facerent. S. Randulfi. S. Adouari. S. Aledini. S. Trasulfi. Blandericus presbiter rogitus scripsi die et anno que supra (1).

XL

Septiembre de 863.

De Torogone.

In Dei nomine, uenditores Torochone, Barbaldus, Sisigernus, Aguarnus, uobis entoribus nostris monachi de monasterio Alahone, idest Frugellus abbas, Alpericus, Teydericus, Porcanus sine et alii monachi qui ibidem seruiunt. Certum quidem et manifestum est enim quam placuit in animis nostris et placet, nullus quoquegentis imperio nec suadentis ingenio, sed propria nobis accessit uoluntas ut uobis uinderemus porciones nostras in uilla Torochone quantum nobis ibidem pertinet progenitore nostro Egalde, cum suo apenditio et exio et regressio in casales, in pratis, in pascuis, in siluis, et est ipsum uillare in uilla Orritense quod supra diximus. Vindimus hoc quod nominamus ab omni integritate in aderato et definito precio sicut inter nos et uos bone pacis conuenit atque complacuit kauallo colore nigro quod uos entores nobis dedistis... Facta carta uendicionis in mense

(1) *Cartulario de Alaón,* fol. 65 v. y 66 r.

Setimbrio anno XX° IIII° regnante Carulo rege. S. Barbaldus, Sisigernus, Aguarnus qui hanc scriptura uendicionis et XII^m testes rogavimus qui suas signas facerent. S. Gisfred. S. Centullus. S. Gildericus. Sisigernus presbiter qui hanc escriptura uendicionis rogitus scripsi sub die et anno que supra (1).

XLI

17 de agosto de 864.

Orrite.

In Dêi (2) omnipotentis nomine, ego Todefredus uobis entoribus meis Frugello abbate seu et monachis consistentibus Alaoni monasterio, idest Singifredus, Egodio, Deodato et ceteris, certum quidem et manifestum est quam sic mihi placuit et placet in animis meis nullus quoquegentis imperio, nec suadentis ingenio, set propria mihi hoc elegit uoluntas ut uobis supra insertis aliquid de terris meis uindere deberem sicuti et uindo vobis terra mea quem habeo in pago Orritense in locum chuius uocabulum est Vinchario, et est ipsa terra prope terra de uos ipsos monachos supra dictos: de parte Orientis flumen Nocharia; ipsa terra iam dicta, capiente seminis modio, cum arboribus, cultum et incultum, et accepi a uobis precium unum bove colore vario que uos entores dedistis et ego venditor de presente accepi... Facta carta uenditionis XV° Kalendas Septembris anno XXV° regnante Carulo rege. S. Todefredi qui hanc carta uenditionis firmaui et testes rogaui qui signa sua facerent. S. Absalon. S. Altemir. S. Odesinni. Ananias presbiter rogitus scripsi et relegi sub die et anno que supra (3).

XLII

Marzo de 865.

Furnu uetre.

In nomine Domini, ego Aster et uxor mea Estegoncia uobis entores nostros Frugello abbate uel omnes fratres qui sunt in monesterio Alahone seruientes Deo et Sancta Maria et San-

(1) *Cartulario de Alaón,* fol. 64 v.
(2) Borrada una palabra.
(3) *Cartulario de Alaón,* fols. 89 v. y 90 r.

ctum Petrum apostolum, idest Daniel prepositus, Mir Dacus mercatarius, Porchanus, Dadila, Asenarus et aliorum monacorum qui ibidem sunt aut adveniendi sunt in ipso monasterio Alaone, certum quidem et manifestum est enim nullius quoquegentis imperio, nec suadentis ingenio, set propria uobis hoc elegit uoluntas ut uobis supra nominatos entores nostros uindere debeamus nostra terra sicut et uindimus in adpendicio de Kastro Aringo quod uobis aduenit per nostra ruptura, et est ipsa terra in loco que dicitur Furnu uetre, et est ipsa terra prope terra de filios Ausongi, et de alias partes est circumdata (1) de terra uos ipsos entores, ipsa terra superius nominata, cultum et incultum uindimus uobis ab omni integritate quod inter nos bona pacis conuenit in aderato et definito VI solidatas quod uos entores uobis dedistis... Facta carta ista in mense Marcio anno XXVI regnantem Karulo rege. Signum Astari. Signum Estegoncies qui hanc carta ista uendicionis rogauimus scribere et suscribere et testes rogauimus ut sua signa facerent. Signum Adefonsi. S. Matemi. S. Augami. Blandericus presbiter, rogitus scripsit sub die et anno que supra (2).

XLIII

22 de abril de 865.

Orrite.

In nomine Domini ego Ualdeboncia comendo me in domum Sancte Marie et Sancti Petri apostoli et dono atque concedo ad domum Sancte Marie et ad domum Sancti Petri uel ad abbate Frugello et ad fratres eius qui ibidem sunt serui uel ibidem seruituri sunt terra mea quem abeo ex alode parentum meorum, et est ipsa terra in pao Orritense in uilla cuius uocabulum est Aries, et abet ipsa terra de parte Orientis marginem petrosam, et de parte Occidentis infrontat in terra Teudilanis, et de parte meridiano in terra Teudilanis; dono uobis ipsa terra iam superius nominata cum cultum et incultum ut ab odierno die et tempora abeatis, adeatis, teneatis et possideatis et quidquid exinde facere uel iudicare uolueritis, in Dei nomine abeatis potestatem..

(1) Tachado: *vos*.
(2) *Cartulario de Alaón,* fol. 82 r.

Facta carta donacionis XI Kalendas Madii anno XXVI regnante Karulo rege. Sig. Ualdebonzias qui hanc carta donacionis rogaui scribere et testes rogaui sua signa facerent. S. Uitarius. S. Apone. Sig. Placiani bellus. Sig. Ansiricus. Senifredus Dei miseratione presbiter qui hanc carta donacionis rogitus scripsi, relegi die et anno que supra (1).

XLIV

5 de abril de 866.

Frexanet.

In nomine Domini, ego Domagredus monacus vobis Uuilimundo abbate, Matringano preposito, Asperio merkatario, Porchano, Asnario, Tassius, Ioanne, Deodato et aliorum monachorum qui ibidem sunt aut adueniendi sunt in monesterio Alaone seruientes Deo et Sancta Maria et Sancto Petro apostolo, ego Domaredus monacus, certum quidem et manifestum est enim nullius quoquegentis imperio, nec suadentis ingenio, set propria et expontanea michi hoc elegit uoluntas ut uobis supra nominatos mittere deberem aliquid de mea hereditate in obediencia de monesterio Alaone uel uestra, sicut et mitto mea terra prope adpendicio de Kastro Arinio in loco qui dicitur iuxta rio de Frexaneto, quod mihi aduenit per ruptura parentum meorum, et est ipsa terra subtus rio qui discurrit de furnu uetere, et de subtus est uia qui discurrit huc et illuc; ipsa terra superius nominata, cultum et incultum mitto uobis uel obediencia monasterii ab omni integrietate quod de meo iure in uestro trado dominio et potestate ut ab hodierno die et tempore ipsa terra superius nominata abeatis, adeatis, teneatis et possideatis. Facta carta ista in nonas Aprilis anno XXVII regnante Carulo rege. S. Domiarandi monachi qui hanc carta ista obedenciaria rogauit scribere et suscribere et testes rogabit ut sua signa facerent. S. Auarni Adifonsus. S. Uuilimundus. Blandericus presbiter rogitus scripsit et die et anno que supra (2).

---

(1) *Cartulario de Alaón,* fols. 85 v. y 86 r.
(2) *Cartulario de Alaón,* fols. 88 v. y 89 r.

XLV

Mayo de 866.

Paterno y Sesigoncia venden una finca al abad de Alaón.

In nomine Domini, ego Paternus et uxor mea Sesigontia uobis entores nostros Dactoni abati et aliorum monachorum qui ibidem sunt uel adueniendi sunt ad domum Sancte Marie et Sancti Petri in monasterio Alahone, constat nobis ut uinderemus uobis aliquid de nostra hereditate prope apenditio de castro Artao, in loco qui dicitur in rio de Frexaneto, quod nobis aduenit de ruptura nostra, et est ipsa terra prope nostra terra; de Oriente et subtus, alia terra de uos ipsos entores, et infrontat in alia nostra terra, et est ipsa terra estimacione sementis II modios; ipsa terra superius nominata uindimus uobis ab omni integritate quod inter nos et uos bone pacis conuenit in aderato et definito pretio una peculiata quod uos entores uobis dedistis... Facta ista carta in mense Madio, anno XX°VII regnante Karulo rege. S. Paterni. S. Sesegonties qui hanc cartam rogauimus scribere et testes firmare ut sua signa facerent. S. Paterni. S. Todori. S. Cometali. Blandericus presbiter rogitus scripsit die et anno quo supra (1).

XLVI

Marzo de 867.

Calcedonia vende una heredad al monasterio de Alaón.

In nomine Domini, ego Calcedonia uobis entores meos Daconi abbati uel fratribus omnibus, id est Tassius prepositus, Porcanus presbiter, Dadila, Egodius, Audesindus, Deodatus, Joannes, Censorius, Anastasius et aliorum monachorum qui ibidem sunt aud adueniendi sunt in ipso monasterio Alaone seruientes Deo et Sancta Maria et Sanctum Petrum apostolum, uobis entores meos uindere debeam aliquid de mea hereditate sicut et uindo meo uillare in loco que dicitur Subpetra, uindo uobis ipso uillare de torrente usque ad torrente, ipso uillare cum suo exio et regressum, cultum et incultum et suo apendicio; uindimus uo-

(1) *Cartulario de Alaón,* fols. 6 r. y v.

bis ab omni integrietate quod inter nos bone pacis conuenit in aderato et definito IIIes solidatas quod uos entores mihi dedistis... Facta ista carta uendicionis in mense Marcio anno XX°VIII° regnante Karulo rege. Sig ✠ num Calcedonia qui hanc carta uindicionis rogauit scribere et suscribere et testes rogauit ut sua signa facerent. Sig ✠ num domno Lini. Sig ✠ num Danieli. Sig ✠ num Ragesindi. Sig. Petrasi. Sig. Fredemiri. Domno Linus fide fecit de auturicio. Blandericus presbiter rogitus scripsit et ✠ die et anno que supra (1).

XLVII

Mayo de 867.

Torogone.

In Dei nomine, ego Leubila uobis emtores meos Porcanio preposito, Nececio mercatario, Dadilane presbiter et Egodio monacho, Deodato presbiter et ceteri monaci qui in monasterio Alaone seruiunt Deo, quam sic placuit animo meo et placet nullius quoquegentis inperio et suadentis ingenio, set proprio michi hoc elegit uoluntas ut uobis supra nominatos emptores meos uindere uobis deberem sicuti et uindo mea tera, et est ipsa tera in uilla que nominatur Torocone qui est apendicio de Castro Oritense, et est ipsa tera prope teras de ipsos entores, et de parte Orientis infrontat Astari, et infra ipses fines dicurit strata publica; uindo uobis ipsa tera quod michi aduenit ex alode parentum meorum, cultum et incultum, cum omnes fines suas, idest in aderato et definito precio quod inter me et uos bone pacis placuit atque conuenit duas equas oplacibiles quos uos emptores michi dedistis... Facta carta uendicionis in mense Madio anno XXVIII regnante rege Karilo. Ego Leubila qui hanc karta uendicionis ita rogabi scribere et testes rogaui ut sua signa facerent. Sig. Riculfi. Sig. Ulasconi. Signum Albari. Signum Kastori. Signum Centulli. Signum Agubardi. Signum Dadilani. Abido et Elderedus fide fecerunt Derutigo. Ego Tedericus presbiter qui hanc karta ista uendicionis rogitus scripsit et ✠ sub die et anno que supra (2).

---

(1) *Cartulario de Alaón,* fol. 45 r. y v.
(2) *Cartulario de Alaón,* fols. 35 v. y 36 r.

XLVIII

Junio de 867.

De villa Supetra.

In Dei omnipotentis nomine, ego Uvilemundus abba qui sum servus de Sacta Maria uel de Sanctum Petrum Halaone monasterio, uobis dilectissimos fratres qui unianimes in nostra obediencia estis, uel alii qui aduenerint in ipsa obediencia in Alaone monasterio, uel ad Sancta Maria et ad Sanctum Petrum, idest Porcanus presbiter, Dadila presbiter, Sunifredus presbiter, Deodatus presbiter, Odesindus presbiter, Francho presbiter, Tassio presbiter, Ioannes presbiter, Asperius presbiter, Nicholaus presbiter, Blandericus presbiter, Seruo Dei presbiter, Egodius monacus, Anastasius monacus, Egamius, Uuirnardus, Favius, Censorius, Deodatus, Pipinus, Astasius, Inicocius, Niceforius, Sanctus, siue ceteris aliis qui aduenerint in Alaone monasterio ad domum Sancte Marie uel ad Sanctum Petrum mito me ipsum sive omnia mea quod uisus sum abere uel possidere ad uobis supra nominatos fratres uel qui aduenerint, in primis id est ipsa uilla in apendicio de castro Urrite, in loco ubi dicitur ad Subpetra; ipsa uilla ab omni integrietate, cultum et incultum, exio et regressio, et ipsa uinea in loco ubi dicitur in rio, prope uinea Odiscalco, et de parte Orientis prope uinea Eldefridi, et omnem meam porcionem quem abeo ex alode parentorum meorum, vineis domibus ortis, mulinis, pecoribus, iumentis siue omnia animalia uel cetera quod uisus sum abere uel possidere propter Deum omnipotentem et reliquias Sancte Marie et Sanctum Petrum in quorum nos comendamus sibe in illo loco qui propter Deum unanimes uoluerint uivere uel in ista comunitatem perseuerare, et per nos oraciones fundere, et non ponimus super hoc nullum hominem nec de parentibus, nec ullis propinquis, nisi tantum modo qui Deo seruierint, et qui ad Sanctam Maria uel ad Sanctum Petrum perdurare uoluerint in obediencie fratrum illorum, hoc dono atque concedo propter honorem Dei... Facta carta ista firmitatis in mense Iunio anno XXVIII regnante Karulo rege. ✠ Uuilemundi abbati qui hanc carta firmitatis feci, subscripsi et testes ad me rogitis tradidi ad roborandum ut sua signa facerent. Sig ✠ num Riculfi. Sig ✠ num Orratoni. Sig ✠ num Sungeri.

Tatila ✠ Donacanus. Sig ✠ num Gomensindi Sapinellus. Sig ✠ Uviericus presbiter huic presens fuit. Ego Todemirus presbiter qui hunc charta firmitatis scripsi et relegi die et anno que supra (1).

XLIX

1.° de julio de 867.

Avileto.

In nomine Domini, ego Ualdericus uobis entores meos Daconi abbati uel fratribus qui ibidem sunt in monasterio Alahone, vindo uobis terra mea in apenditio de castro Auileto, in loco qui dicitur Auellana quod mihi aduenit adprisione parentum meorum, et est ipsa terra super flumen que dicitur Nocharia prope uinea Teudilani; de alia parte uinea Uulgani; de subtus uinea de uos ipsos entores, et est ipsa terra extimatione sementis una modiata. Et uos dedistis mihi precium in aderato et definito precio II solidos, et nichil de ipso precio apud uos non remansit. . Facta ista carta uendicionis in Kal. Iulias anno XX° VIII° regnante Carulo rege. S. Ualderici qui hanc carta rogaui scribere et testes de presente firmaui (*sic*) ut sua signa facerent. S. Daconi. S. Eldesindi. S. Munioni. S. Sutilani. S. Dero. Blandericus presbiter rogitus scripsit sub die et anno que supra (2).

Febrero de 868.

De Subpetra.

In Domini nomine, ego Domaredus monachus uobis Datoni abbati, Tassius prepositus, Euodius, Porchanus, Dadila, Vincencius, Ihoanes, Audesindus, Uuirnandus, Censorus, Anastasius et aliorum monacorum qui sunt in monasterio Alaone seruientes Deo et Sancta Maria et sanctum [Petrum] apostolum, tam qui ibidem sunt aut aueniendi sunt in ipso monasterio, certum quidem et manifestum est enim nullius quoquegentis imperio, nec suadentis ingenio, set propria mihi hoc elegit uolumptates ut

(1) *Cartulario de Alarcón,* fol. 44 r. y v.
(2) *Cartulario de Alaón,* fol. 67 v.

uobis omnibus manachis (*sic*) supra nominatos mittere me debeam in uestra obediencia uel omnium monachorum seruiendo [Deo] et Sancta Maria et Sanctum Petrum apostolum cum aliquid de mea hereditate sicut et facio; mitto in obediencia monasterium terra in loco que dicitur Genestario quod michi aduenit de alode parentum meorum. Et est ipsa terra estimacione sementis quadtuor modios et amplius, et est ipsa terra de omnes partes circumdata, et de alias nostras terras; ipsa terra superius nominata mitto in monasterio Alaone uel in obediencia monachorum vestrorum ut ab odierno die et tempore ipsa terra superius nominata abeatis, adeatis, teneatis et possideatis... Facta carta ista in mense Frebuario anno XXVIIII regnante Karlo rege. Sig ✠ num Domaredi monachi qui hanc carta ista donacionis rogauit scribere et suscribere et testes firmare ut sua signa facerent. Signum Sentafridi. Sig ✠ num Urratoni. Sig ✠ num Riculfi. Blandericus presbiter rogitus scripsit sub die et anno que supra (1).

LI

24 de abril de 868.

Olbe.

In nomine Domini, ego Atanagildus qui est mandatarius de Frunigildi, uobis entores meos Datoni abbati, Asperius prepositus, Ebodius, Porcanus..... (2) Dadila, Tassius, et aliorum monacorum qui ibidem sunt aut adueniendi sunt in monasterio Alaone, seruientes Sancta Maria et Sanctum Petrum apostolum, uindo uobis aliquit de mea hereditate sicut et uindo in pauo Urritense in loco que dicitur Olbe quod illi atvenit ex alode parentum eorum, et sunt ipsas terras flumen Nocaria, et est ipsa mea hereditas circumdata terras de uos ipsos hentores, ipsa mea hereditate qualem me expectat ibidem uindo uobis a omni integritate quod inter uos bone pacis conuenit in aderato et definito solidos III et IIIor argenteos quod uos entores dedistis et ego uinditor de presente recepi et nicilque de precio aput uos non remansit est manifestum quod de meo iure in uestro trado dominico (*sic*) et potestate ut ab odierno die et tempore ipsas te-

(1) *Cartulario de Alaón,* fol. 79 r.
(2) Borrado un nombre.

rras quale mea ereditas est, abeatis, adeatis et teneatis et possideatis... Facta carta ista uendicionis VIIII Kalendas Madias anno XXVIIII regnante Carulo rege. Sig. Atanagildi qui est mandatarius de Frunigildi, qui hanc carta ista uendicionis rogauit scribere et suscribere, et testes rogauit ut sua signa facerent. Sig. Uuadamiri. Sig. Frederici. Sig. Persidii. Sig. Felemiri. Sig. Endiscli. Blandericus presbiter rogitus scripsit et ✠ die et anno que supra (1).

LII

13 de abril de 870.

De Subpetra.

In Dei omnipotentis nomine, ego Enias uobis Frugello abbate nec non et fratribus seruientibus Deo et Sancta Maria et Sancto Petro in monasterio Alahone, tam qui ibidem sunt, tam qui adueniendi sunt. Certum quidem et manifestum est enim nullius quoquegentis imperio, nec suadentis ingenio, sed propria mihi helegit uoluntas ut uobis Frugello abbate uel fratribus tuis donare deberem sicuti et dono uobis terra mea prope castro quod dicitur Subpetra subtus ipsa uilla quod dicitur Teudili; de alia parte strata puplica qui discurrit ad ipso monasterio. Dono uobis ipsa terra superius nominata quod mihi aduenit ex alode parentum meorum et medietate adque concedo propter remedium anime mee ut ante tribunal eterni iudicis remissionem exinde merear accipere, ut ab odierno die et tempore abeatis, teneatis et quicquid exinde facere uel iudicare uolueritis, maneat uobis potestas... Facta carta elemosinaria idus bero Aprilis anno XXX°I regnante Karlo rege. S. Eniati qui hanc cartam rogaui scribere et testes firmare ut sua signa facerent. S. Ichilani. S. Adilani Todefredus presbiter rogitus scripsit die et anno que supra (2).

LIII

27 de mayo de 874.

Orite.

In nomine Domini, ego Enias et ego Altimirus et ego Biataricus uobis enptores nostros Flugelo abbati uel fratribus omni-

(1) *Cartulario de Alaón,* fols. 112 v. y 113 r.
(2) *Cartulario de Alaón,* fols. 119 v. y 120 r.

bus qui sunt in monasterio Alaone seruientes Deo, de Sancta Maria et Sancti Petri appostoli, idest Ausicius prepositus, Tudericus merchatarius, Porcanus, Dadila, Tasias et alliorum monacorum qui ibidem sunt uel adueniendi sunt, uobis emptores nostros superius nominatos, uindimus uobis aliqui de nostra ereditate sicut et uindimus nostra terra in apendicio de castro Orritense in locho que dicitur Uinchario quod ad nobis aduenit ex alode parentum nostrorum, est ipsa terra prope flumene Nocharia: de parte Orientis ex undique circundata est de alias uestras terras ex utraque parte; ipsa terra superius nominata cum suos arbores et exio et regresii a uindimus uobis ab omni integritate quod de meo iure in uestro tradimus dominio et potestate quod inter nos et uos bone pacis conuenit in aderato et definito precio idest V solidos quod uos emptores nobis dedistis et uos uenditores recepimus... Facta charta ista uendicionis V Kalendas Iunii anno XXXV renante Karlo rege. Signum Altemiri. Signum Biatarii qui anc carta uendicionis rogauimus scripere et supscribere et testes tes (*sic*) rogauimus ut sua signa facerent. Signum Agiscli. Signum Ataulfi Signum Alabari. Blandericus presbiter rogitus scripsit die et anno que supra (1).

LIV

Noviembre de 874.

De Subpetra.

In nomine Domini ego Auronna uobis Frugello abbate, uobis omnibus fratribus qui sunt in monasterio Alahone seruientes Deo et Sancta Maria et Sancto Petro apostolo, idest Daniel prepositus, Nicholaus mercatarius et aliorum monachorum qui ibidem sunt uel qui adueniendi sunt in ipso monasterio. Certum quidem et manifestum est enim, nullus quoquegentis imperio, nec suadentis ingenio sed propria mihi elegit uoluntas ut uobis supranominatos seruos Dei monachos mittere debeam aliquid de mea hereditate in monasterio ad domum Sancte Marie et Sancto Petro pro uiro meo nomine Madasone, sicut et mitto terra mea in ualle Urritense, prope castro que dicitur Subpetra, quod mihi aduenit per sua ruptura, et est ipsa terra prope terra de uos

(1) *Cartulario de Alaón,* fol. 36 r. y v.

ipsos monachos, et super uia qui discurrit huc et illuc; de alia parte terra de filios Salamoni; ipsa terra superius nominata mitto uobis in obediencia propter remedio anime uiro Madaxoni, ut ab odierno die et tempore ipsa terra cultum et incultum, exio et regressum abeatis, adeatis, teneatis et possideatis et quidquid exinde facere uel iudicare uolueritis, libera et firmissima habeatis potestate... Facta carta elemosinaria in mense Novembris anno XXX°V° regnante Carulo rege. S. Auronna qui hanc carta rogaui scribere et testes firmare ut sua signa facerent. S Urratoni. S. Augarni. S. Alarici. Blandericus presbiter rogitus scripsit sub die et anno que supra (1).

LV

30 de Marzo de 875.

De furno uetre.

In nomine Domini, ego Seruo Dei, et ego Sentalecus, et ego Placidus qui sumus mandatarii de Uenenatu, uobis omnibus fratribus qui sunt in monasterio Alaone, id est Frugellus aba et alii monachi qui ibidem sunt aut adueniendi sunt in monasterio Alahone seruientes Deo et Sancta Maria et Sancto Petro. Certum quidem et manifestum est nullius quoquegentis imperio, nec suadentis ingenio, set propria uobis helegit uoluntas ut uobis supra nominatis fratribus mittere debemus in monasterio uel obediencia propter remedium anime Uenenati terra in apenditio de castro Aringo in loco qui dicitur furnum uetere quod illi aduenit per parentum suorum, et est ipsa terra prope terra de uos ipsos monachos, et de alia parte est terra de filios Ausongi. Ipsa terra superius nominata, cultum et incultum, exio et regressum mittimus uobis in obediencia monasterii propter remedium anime Uenenati ut ab odierno die et tempore ipsa terra superius nominata abeatis, adeatis, teneatis et possideatis et quidquid exinde facere uel iudicare uolueritis, libera et firmissima abeatis potestatem... Facta ista carta elemosinaria II Kalendas Aprilis anno XXX° VI° regnante Karulo regem. S. Sentaleci. S. Placidi. S. Seruo Dei presbiter qui hanc carta ista elemosinaria roga-

(1) *Cartulario de Alaón,* fol. 56. r.

uimus scribere et testes de presente firmauimus. S. Adefonsus. S. Adicani. S. Bradilani. Blandericus presbiter rogitus scripsit die et anno que supra (1).

LVI

20 de marzo de 876.

Arias.

In nomine Domini, ego Exemeno, et Trasaldi, et Fachilo, qui sumus mandatarii Vuictimiri, certum quidem et manifestum enim, nullius quoquegentis imperio, nec suuadentis (*sic*) ingenio, set propria uobis hoc elegit uoluntas uobis Uuilimundo abbati Asperio mercatario, Sango preposito, Pozano, Asenario, Ioane et aliorum monacorum qui ibidem sunt aut adueniendi sunt in monasterio Alaone seruientes Deo et Santa Maria et Sancto Petro apostolo, uos iam dicti mandatores, mitimus uobis uel in ipso monasterio Alaone terra una propter remedio anime Uictimiri unde nos mandatores summus in apendicio de Kastro Arias, in loco que dicitur ad Arias, quod illi aduenit per alodem parentum suorum, et ipsa terra super terra de uos monacos et prope terra Danieli, et de alia parte est terra Paterni, et est estimacione sementis una modiata; ipsa terra superius nominata cultum et incultum mittimus proter remedio anime sue in monasterio Alaone... XII^mo^ Kalendas Apriles anno XXX^mo^ VII° regnante Ka-Exrispioni. Sig ✠ num Adiconi. Sig ✠ num Vuilimundi. Sig ✠ num Fachiloni qui unc carta elemosinaria rogauimus scribere et suscribere et testes rogauimus ut sua signa facerent. Sig ✠ num Exrispioni. Sig ✠ num Adiconi. Sig ✠ num Vuilimundi. Sig ✠ num Atalauiri. Sig. Adivonsus. ✠✠. Blanderius presbiter rogitus scripsit die et anno que supra (2).

LVII

Sin fecha.

Olbe.

In Dei nomine, ego Tortorella et soror mea Elega vobis emtores nostros Centullo abbati, Porcano preposito, Todemiro pres-

(1) *Cartulario de Alaón*, fols. 116 v. 117 r.
(2) *Cartulario de Alaón*, fols. 31 v. y 32 r.

bitero, Aderico presbitero, Eliseo presbitero, Ennecone presbitero, Asenario presbitero, Dadilane presbitero, Anastasio mercatario, Egodio monacum, Racone monacum qui erant pontifex anni illius, ad domum Sancte Marie uindimus vobis terras quem (*sic*) abuimus in pauo Orritense in uilla que dicitur Olbe quem nobis aduenit de alodem parentum nostrorum, cum arboribus pomiferis, et cum suos casales, et in alio loco ubi dicitur Munilubas, ab omni integritate, cultum et incultum, et accepimus a uobis precio quod inter nos et vos bone pacis conuenit hoc est in aderato et definito, in solidos XII in rem ualentem quod vos emtores dedistis, et nos uenditores de presente recepimus... Facta carta uendicionis in mense Iunio anno regnante domno nostro Karulo regem. Sig ✠ num Tortorelles. Sig. Eleges, qui hanc carta bendicionis firmauimus et testes de presente rogauimus. Sig. Eletes. Sig. Adilani. Sig. Atili Iosias. Sig. Galindo. Sig. Atoni. Sig. Gamizani. Sig. Fedalanci. Comendatus qui hanc cartam uendicionis rogitus scripsit, relegit et ✠ sub die et anno que supra (1).

MONASTERIO DE LABAIX

LVIII

Marzo de 845.

Carta de Subiligas que modo dicitur Sancti Tirsi.

In nomine Domini. Ego Manzo et vxor mea Natalia, et ego Argesinda cum filios meos Placide, Ennecho, Involatus, Nucidius, Arguilo, et Tamasia, vobis emptoribus nostris Vulgarani Abbati, et fratribus tuis, Guitiringo, Auriosum, Donatum, Centullum, Soporantio, et Manziolo, Elete, Felene, vel omnibus fratribus tuis qui in monasterio Sancti Genesii sunt. Certum quidem manifestum est enim nullius quoquegentis imperio, nec suadentis ingenio, sed propia nobis accessit voluntas ut vobis emptoribus nostris Vulgarani abbati et fratribus tuis vinderemus villa nos- est infra termine Vellariense prope villa que dicitur Subiligas, qui est infra termine Vellariense prope villa que dicitur Ebtuse, sicut et vindimus vobis ipsa villa iamdicta cum omnes fines, suos

(1) *Cartulario de Alaón*, fols. 112 r. y v.

exios aut suis regressibus. et suas casas, ortis, terris, et suis arboribus pomiferis et inpomiferis, orreis, ductibus et reductibus et omnia quod dici vel nominare potest quantum ad ipsa villa pertinent quantum ex comparacione habemus, cultum et incultum, vindimus vobis ipsa villa iamdicta vico subteriore ab omni integritate in aderato et difinito precio in rei muli speciem solidos XXX quos vos emptores dedistis et nos venditores de presente recepimus et nichil que ipso precio aput vos emptores non remansit et manifestum est quem vero ipsa villa Subilicas subteriores cum omnes suos apendicios vel fines, ingressus et regressus de nostro iure potestatis in vestro dominio translata sit cum omni voce appositionis ut ex presenti die et tempore ipsa villa superius iamdicta habeatis, adeatis, teneatis, atque possideatis, vindicetis usque in perpetuum ad opus Monasterii et vos et successores vestri. et quod quod exinde facere vel iudicare volueritis firmissimum in omnibus habeatis potestatem et vos et successores vestri. Si quis sane, quod fieri [minime] credimus esse venturum, quodsi nos superius iamdicti Manzo, Natalia, Argesinda, Placidus, Ennecho, Involatus, Nucidius, Arguilo et Tamasia, aut aliquis de filiis, fratribus, aut eredibus, vel quislibet homo vos supra scriptos Vulgarani abbate, aut fratres tuos et successores vestros pro ipsa villa superius iamdicta inquietaverit aut nos ipsi inquietaverimus aut contra hanc scriptura conati fuerimus venire ad inrumpendum, inferant vel inferamus vobis aut partique vestre ipsa villa cum omni suo appenditio duppla vel trippla vobis perpetim abitura, et in antea ista carta vindicionis sit firmis et stabilis in omni robore et firmitate et non disrrumpatur. Facta Carta vinditionis in mense Marcio. Anno VI. Regnante Domno nostro Carolo Rege Augusto. Sig ✠ Manzoni, Sig ✠ Natalie. Sig ✠ Argesinde. Sig ✠ Placidi. Sig ✠ Ennechoni. Sig ✠ Involati. Sig ✠ Nucidii. Sig ✠ Argedone. Sig ✠ Tamasie qui hanc carta vinditionis fecimus, rogavimus scribere et subscribere et testes rogavimus ut sua signa facerent. Sig ✠ Gaudiosi. Sig ✠ Alesindi. Sig ✠ Enoc. Sig ✠ Traserig. Sig ✠ Franchoni. Sig ✠ Macedonii. Sig ✠ Galleni. Fredalechus presbiter ✠. Gaudiosus fide fecit de auctorizo. Areco presbiter qui hanc carta vinditionis rogitus scripsi et ✠ die et anno que supra (1).

(1) *Cartulario de Labaix,* fol. 53.

LIX

Mayo de 845.

Alia Carta de Sancto Genesio.

In nomine Domini. Ego Gaudiosus et vxor mea Esposita, certum quidem et manifestum est enim quod complacuit in nostris et placet nullus quoquegentis imperio, nec suadentis ingenio. sed propia nobis accesit voluntas ut ad domum Sancti Genesii et Sancti Adriani qui est infra termine Bellariense in loco ubi dicitur Avastini, in quo monasterius factus est ad ipsas ecclesias iam dictas, et Vulgarani abbati et fratribus suis, ubi Miringo, Centullo, Donato, Abidoni, Adino, Superunzio presbitero, Amanziolo presbitero, Aurioso, vel omnibus fratribus tuis, pro elemosina nostra sed retribucioni eterna ut cum sanctis et electis Dei partem meremur abere, damus atque concedimus vilare qui dicitur Subilicas vico superiore, qui est infra termino Bellariense, cum domos, arboribus pomiferis et impomiferis, terris, fontibus, pratis, paschuis, ductibus et reductibus, cum omnes fines suas e suos exios et suis regressibus vel quantum ad ipsum villarem pertinet quid quod dicitur nominari potest, quantum nobis ex comparacione advenit de nostro iure in vestro dominio translatum est cum omni voci adposicionis ut ex presenti die et tempore ipso villare superius iamdicto, adeatis, habeatis, teneatis, vindicetis, et possideatis vsque in perpetuum ad opus Monasterii, et successores vestri, et quod quod exinde agere facere vel iudicare volueritis firmissimam in omnibus habeatis potestatem, et vos superius iamdicti et successores vestri. Si quis sane quod fieri minime credimus esse venturum. quod si nos superius iamdicti Gaudiosus et Esposita aut aliquis de filiis, fratribus vel eredibus nostris aut quislibet homo vos suprascriptos Vulgarani Abbate aut fratres tuos et successores vestros pro ipso villare superius iamdicto inquietaverit aut ipsi nos inquietaberimus, aut contra hanc scriptura donacionis conati fuerimus venire ad inrumpendum, inferant vel inferamus uobis aut partique vestre ipsa villa cum omni apendicio duppla vel trippla vobis componere non moretur et in antea ista carta donacionis sit firmis et stabilis in omni robore et firmitate et non disrumpatur. Facta carta donacionis in mense madio. Anno VI Regnante Karolo Rege. Agusato. Sig ✠ num

Gaudiosi. Sig ✠ num Esposite qui hanc carta donationis fecimus et rogavimus scribere et subscribere et testes rogavimus ut sua signa facerent. Sig ✠ num Franconi. Sig ✠ num Placidi. Sig ✠ num Enneconi. Sig ✠ num Traserici. Sig ✠ num Alesindi. Sig ✠ num Enoc. Sig ✠ num Macedoni. Sig ✠ num Manzoni. Sig ✠ num Galleni. Sig ✠ num Ermenelde. Sig ✠ num Quintilone. Sig ✠ num Esteberge. Sig ✠ num Elperici. Fredalechus Presbiter ✠. Placidus fide fecit de auctorizo.

Petrus Arego Presbiter qui hanc carta donacionis rogitus scripsit ✠ die et anno que supra (1).

LX

Diciembre de 846.

Alia carta de Palaz.

In nomine Domini nostri et Salvatoris nostri Jesu Cristi, pro summa Cristi reverentia, ego Lodegarius presbiter expuncxit michi Deus et trina maiestas ut facio carta elemosinaria ad Domum Sancti Genesii et Sancti Adriani qui sunt fundatas ipsas eclesias in comitatum Paliarensii infra terretorium castro Bellaria, tibi Vulgarani advocatus aoba, cenobii, abba vel aliorum ceterorum monachorum dono ego Lodegarius presbiter ipsa villa quod vocitatur Palaces et ipsam ecclesiam sanctamque nominatam Sanctum Johane quod ego habui de mea comparacione de plures homines, et ipsa turre et ipsas casas cum omnia sua superposita et suo exio et regressio quod ad ipsa villa pertinet vel ad ipsa ecclesia in casalibus, in ortis, in ortatibus, in areas, in terris, in vineas, molinis, molinaribus, aquis ductibus et reductibus de caput matris usque a profundum aquis, cultum et incultum in arboribus pomiferis vel impomiferis, linares, cannamares, aquis, pratis, paschuis, padulis, se in vocabilibus et fontes qui ibidem emanat; sic facio carta ad ipsas ecclesias quod superius nominatas de ipsa villa et de ipsa ecclesia et ipsum alode quod superius nominavimus; sic facio carta ab integrum propter remedium anime me ut ante tribunal Christi mercis michi acrescat ut ab hodierno die et tempore habeatis et teneatis et possideatis vos et posteritas vestra sine blandimento de nullum hominem.

(1) *Cartulario de Labaix*, fol. 52.

Et habet affrontaciones de circum morino asque in flumen Nochera, et de rivo de Cobes usque ad ipsa catolla vel ad ipsa ripa rubea; quantum infra istas affrontationes includunt sic facio carta ab integrum. Et est manifestum quod si ego Lodegarius Presbiter aut ullus homo qui ista carta inquietaverit in quadruppio restituat et ista carta firmis sit et non disrrumpatur. Facta ista carta elemosinaria in mense Decembrio. Anno VII Regnante Domino nostro Karolo Rege. Sig ✠ num Singifret. Sig ✠ num Igamii. Sig ✠ num Eleli. Sig ✠ num Galafunsi. Sig ✠ num Guimarani. Sig ✠ num Pecciosi. testes sunt. Francho Diachonus qui hanc cartam donacionis elemosinaria rogitus scripsit ✠ die et anno que supra (1).

LXI

Marzo de 851.

Alia Carta de Sancti Tirsi

In nomine Domini. Ego Somprongus conversus, et Ego Beresinda, certum quidem manifestum est enim nullius quoquegentis imperio nec suadentis ingenio set propria et expontanea nobis accesit voluntas ut pro remedium anime nostre ut et partem habeamus cum sanctis Dei donamus casalem cum sua super posita et suo exio et regressio et terras quem havuimus ex comparacione et quod de eremo traximus vel vndecumque nobis advenit; hec omnia donavimus atque concedimus ad domum Sancti Genesii, et Sancti Adriani et abbati Vulgarani vel omnibus fratribus suis qui cum ipso monasteriale vita deducent, vel omnibus successoribus eorum, et sunt ipsas terras in pau Vellariense in loco vbi dicitur Sancti Vincenti est ipse casales prope casa Ansilanes, et ipsa terra qui terminatur in terra Tudefridi et Ansilane. et alias terras quem habemus in ipsa valle de Sancto Vincencio. sive in Oreto, sive in Siranto omnia donavimus atque concedimus pro elemosina nostra vel fratre meo Amunnum qui iam obiit, ad ipsas Ecclesias iam dictas que sunt infra pau Vellariense in loco vbi dicitur Astenui in quo Monasterius factus est, et ipso Abbati iamdicto et fratribus suis et successoribus eorum, ut ab hodierno die et tempore ad opus monasterii habeatis, adeatis, teneatis

(1) *Cartulario de Labaix,* fol. 48.

et possideatis cum omne voze adpositionis et quidquid et inde facere vel iudicare volueritis maneat vobis firma potestas. Si quis sane quod fieri minime credamus quod si ego Sompronius conversus aut ego Beresinda vel quislibet homo qui contra hanc carta donationis venerit ad inrumpendum aut venerimus vel feramus vel inferamus vobis aut partique vestre quantum ista carta continet dupplo vel triplo, componere non moretur, et in antea ista carta donationis firmis et stabilis in omni robore et firmitate et non disrumpatur. Facta carta donationis in mense Marcio. Anno XII regnante Dompno nostro Karolo Rege. Agusto. Sig ✠ num Somproni. Sig ✠ num Beresinde qui hanc carta donationis rogabimus scribere et ✠ teste rogavimus ut sua signa facerent. Sig ✠ num Eldefridi. Sig ✠ num Sentani. Sig ✠ num Ausilani. Sig ✠ num Tudildi. Sig ✠ num Edalii visores qui ibidem sunt. Fredalectus Presbiter. Gulteredus. Uccandus. Francho Diachonus qui hanc carta donationis rogitus scripsi et ✠ die et anno que supra (1).

MANUEL SERRANO Y SANZ.

III

CASAMIENTO DE DOÑA JUANA DE NAVARRA, HIJA NATURAL DE DON CARLOS III EL NOBLE, CON IÑIGO ORTIZ, HIJO DE DIEGO LOPEZ DE ESTUÑIGA, JUSTICIA MAYOR DEL REY DE CASTILLA

Puede decir que hasta que ocupó el trono de Castilla la rama bastarda no se intensificaron las relaciones entre castellanos y navarros, y que esas relaciones empezaron por don Carlos II *el Malo,* quien tan pronto favoreció los planes de don Enrique de Trastamara como se puso de parte del rey de Castilla don Pedro I *el Cruel.*

Don Enrique II, en posesión ya de la corona de Castilla, hizo paces con el Rey de Portugal, y una de las condiciones de éstas era la de casar a la infanta de Castilla doña Leonor, hija del castellano, con don Fernando, rey de Portugal, haciéndose el ajuste correspondiente y hasta entregándose rehenes, en marzo de 1371;

(1) *Cartulario de Labaix,* fol. 59.